



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia**

**Sulpicius <Severus>**

**Amstelodami, 1665**

Ioachas Rex Israel.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11490**

<sup>1</sup> Joachas filius ejus regnavit, <sup>2</sup> invisus Deo, malis operibus, ob quæ <sup>3</sup> regnum ejus Syris prædæ fuit, donec <sup>4</sup> Dei misericordia depulsis hostibus, pristinum habere statum cœperunt. <sup>5</sup> Joachas diem functus, Iohæ filio reliquit regnum. Is <sup>6</sup> Amassia, regi duarum tribuum civile bellum <sup>3</sup> intulit, <sup>7</sup> victoriaque potitus, <sup>8</sup> multam prædam in regnum suum

picium edidisse Amessia sive Amessias. Nam ita est in editione <sup>7</sup> o': ut etiam apud Eusebium in libris veteribus. Quanquam in aliis Amassias, ut in Latina nostra vulgata. Drus.

<sup>1</sup> Ioachas.] Prætulerim Ioachaz. Nam sic est in Bibliis Græcis, ιωάχαιος cum in ultima. Ioachas se tuerit consuetudine illa qua postrema nominis barbari in <sup>5</sup> mutatur, ut Annibal, A'nnibæs. Drus. Hæc autem est quarta familia qua tenuit regnum Israël. Regnarunt autem ex familia Iehu, quatuor hi, Ioachas, Iosas, Hieroboam, & Zacharias, quem Sellum occidit. Sigan.

<sup>2</sup> Invisus Deo, malis operibus.] <sup>14</sup> Regum cap. xiii. Iosephus lib. ix, q. Tg μὲν ἦργος γένετο αὐτὸς μημένης θύσιαρχος, αὐτοῖς τε οἴς οἱ περὶ τοῦ Θεοῦ καταφεγγίουσες. Ita enim locus ille Iosephi corruptus, legendus est. Sensus est: Iehu adhuc aliquam Dei reverentiam, saltem primo regni anno, præ se tuli. At hic statim fecutus est Ieroboam filium Nebat. Horn.

<sup>3</sup> Regnum ejus Syris prædæ fuit.] Hujus copias Rex Syriae tantopere attrivit, ut ex numero exercitu, non plus quam decem millia peditum, equites quingenti superessent: qua expeditione multis magnas urbes illi ademit. Ioseph.

<sup>4</sup> Dei misericordia.] In hac temporum difficultate Ioazas ad preces & supplicationes confugit, orans Deum, ut se e manibus Azaëlis liberet, nec ab eo subigi patiatur. Deus autem exoratus, eripuit eum è belli periculis, & regio pacem nausta, ad pristinum felicitatis statum, brevi rediit. Idem.

<sup>5</sup> Joachas diem functus.] xvii. regni anno, <sup>14</sup> Reg. i. <sup>7</sup> l. i. anno xxxix. quo

regnabat Iosas Rex Iudeæ, cui Amassias successit. Sigan.

<sup>6</sup> Amassia Regi duarum tribuum civile bellum intulit.] Ioseph. ix, 10. Hoc facere potuit, quia Amassias iniit regnum Iudeæ, anno secundo ipsius Iosæ regis Israël, bellum inferentis. Quamvis Sulpicius ante meminit regis Amassia, quam Iosæ ineuntis. De hoc bello <sup>14</sup> Reg. 14. <sup>7</sup> l. 11. Ex quo patet Regem Israël non bellum intulisse, ut inquit Sulpicius, Amassia, sed exceperisse. Siganus. Hebrei censem causam belli fauisse, quod Amassias conductos à se milites ex Israël contra Idumæos, jussu Prophetæ dimiserit, qui indignantes spoliarint regnum Iudeæ. Spolia hæc à Iosas & Israélitis bello per Amassiam repetita. Vatablus. Sed scriptura solam superbiam Amassia, ob victoriam Idumæam, hujus belli causam facit. Sic & Ioseph. Abul. Histor. Scholast. Salianus & alii.

<sup>7</sup> Victoriaque potitus.] Ipso Amassia capto.

<sup>8</sup> Multam prædam in regnum suum convertit.] Amassia Regi captivo mortem interminatus est, nisi efficeret, ut Hierosolymæ, apertis portis, se cum victore exercitu admitterent. Ea necessitate & vita amore adactus, persuasit civibus ut hostem reciperent. At ille, dirutis ad trecentorum cubitorum spatium mœnibus, currut per id interstitium triumphabundus invectus est, captivum præ se agens Amassiam: & hoc modo factus urbis dominus, Dei thesauros abstulit, & quidquid auri vel argenti in regia repertum est, totum asportavit: ac tum demum, dimisso Rege, reversus est Samiam. Ioseph.